



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 115. Henrici consilium de filia sua Archi-Ducis Filio nuptui tradenda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CXV.

Secul. XVI.
A. C. 1506.

Henrici consilium de filia sua Archiducis Filio nuptui tradenda.

Cum matrimonium Claudiae cum Carolo Luxemburgico hoc pacto interceptum esset, Anglorum Rex filiam suam eidem in uxorem locandi occasionem inde quærebat: Obstabat equidem Rex Catholicus adolescentis Principis *A-Bacon hist. Regni Henrici VII.* avus maternus; Hic enim verebatur, ne forte Nepos suus contracto affinitatis vinculo cum Angliæ Rege potentior factus, ejus filios, quos ex secundis nuptiis cum Germana conjuge sua speraverat, leges & jura dictaret.

§. CXVI.

Ferdinandi Regis Catholici rationes hisce nuptiis obsistendi.

Præterea Ferdinandus pertimescebat, ne Carolus Neapolis Regnum a Consalvo auro Castellano, armisque partum, velut hæreditatem relictam sibi vendicaret, ac obtenderet, quod suus Avus nec illud in ipsius damnum sibi retinere, nec in secundi thori liberos transferre possit. Denique ceteris magis valida erat ratio, quod Ferdinando satis comperta esset *Hist. Eccles. Tom. XXXI.* Q q Hen-